istos fuit et est discordia ab initio intantū q̃ qui ē amicus vnī est inimicus alterī. iuxta illud iac. iiij. Quicūq; voluerit esse amicus huius seculi inimicus ostituitur dei. sed filius vnus est quilibet xpianī qui est filius xpi. qui ei adheret p fidē. Non ergo debemus alere mōm p supbiā auaritiam et sic de ceteris si volumus filij dei esse et si otrariū fecerimus certe a societate xpi expellimur q̃ ad hereditatē celestem. Si xpm alere volumus per opera pietatis mundus odio habebit vtrūtamē melius est mundū odire odire q̃ hereditatem celestem amittere.

Quidam impator regnauit qui statuit p lege q̃ si mulier sub vno adulterata esset sine misericordia de alto monte precipitaret. Accidit casus q̃ q̃dam mulier sub viro suo erat adulterata statim ꝑm legem de alto mōte fuit p̃cipitata sed de monte tam suauiter descēdit q̃ in nullo lesa erat. Ducta est ad iudicium. iudex videns q̃ mortua non esset sentēciam dedit iterum precipitari a mori dit mulier domine si sic fecerit cōtra legem agitis. lex vult q̃ nullus debet bis puniri pro vno delicto Ego eram precipitata quia semel adulterata et deus me miraculose saluauit ergo iterato non debeo precipitari. dit iudex satis prudenter respondisti vade in pace saluata est mulier.

¶ Moralisacio super hystoriam precedentem.

Karissimi iste impator ē deus noster qui facit istā legem si quis in anima pollutus fuerit sub cristo qui est sponsus anime p peccatū mortale debet p̃cipitari de alto monte id est de regno celesti sicut erat primus pater adam sed deus p filij sui passionem saluauit. Homo cum peccat deus non statim per infinitam suam misericordiā eum dampnat. sed per graciam suam saluat vt non precipitetur in inferno ꝛc.

Cesar regnauit qui statuit p lege q̃ quis mulierem raperet et vi eam opprimeret in electione muleris esset vtrum mori deberet vel eam sine dote in vxorem duceret. Accidit casus q̃ quidam inpuit nocte vna duas mulieres. vna pecijt mortem et alia nupcias. Raptor captus est et ductus coram iudice vt duabus mulieribus secundum legem responderet prima mulier instanter secundum legem mortem pecijt. Secunda eum in virum habere clamauit. Et dixit prime mulieri. verum est quod lex dictat q̃ peticionem tuam obtineas. et eodem modo lex pro me clamat

Sed quia mea petitio ē iniqior
et magis caritatiua. ideo michi
videt q̄ iudex pro me sentē iā
dabit. Ambe mulieres iudici sūt
cōqueste et quelibet beneficium
legis postulabat. Iudex cū vtrāq;
partem audisset. secūde mulieri
cōcessit vt eum in vi obtineret
et sic factum est

Karissimi Iste imperator
est dominus noster ihesus
christus raptor quilibz pec//
cator qui rapit id ē violat duas
mulieres sc; iusticiā q̄ misericor//
diam. q̄ sūt ambe filie dei raptor
vocat coram iudice quādo aīa
separat a corpore. p̄ma sc; iusticia
cōtra peccatorē allegat eternaliter
mori per legē iusticie. sed altera
sc; misericordia diuina allegat
q̄ per contricionē confessionem
saluabitur. Ideo studeamus sic
deo placere

Ex quādā regnauit. In
cuius imperio erat q̄dā
iuuenis a piratis captus
scripsit patri suo p redēpcione
Pater noluit eū redimere sic q̄
iuuenis multo tempore i carcere
erat maceratus. Ille qui eum in
vinculis habebat quādā pulchrā
filiam ac oculis hoīm gracōsam
genuerat q̄ nutrita in domo erat
quousq; viginti annos in etate
sua ꝓpleuerat. que sepius in car
ceratū visitatū iuit ac ꝓsolabat
Sed ille tamē desolatus erat q̄
nullā ꝓsolacionē recipere poterat
sed suspiria et gemitus cōtinue
emittebat. Accidit quodam die
q̄ cum puella eum visitaret. ait
iuuenis ei O bona puella vtinā
velles p mea liberacione laborare
Que agit quomodo potero hoc
attemptare. pater tuus q̄ te ge//
nuit non vult te redimere. ego
vero cū sū tibi extranea. quomō
deberem hoc cogitare. q̄ si te libe//
rarem offensionem patris mei
incurrerē. quia tuam redēpcionē
perderet pater meus. Verūtamē
michi vnum ꝓcede. et liberabo te
At ille O bona puella pete a me
quid tibi placuerit si michi est
possibile ego cōcedam. At illa.
michil aliud peto pro tua libera//
cione nisi q̄ me in vxorē ducas
tēpore opportuno. Qui agit hoc
tibi fiducier promitto. statim
puella patre ignorante ipsum a
vinculis liberauit et cum eo ad
patriam suam fugit. Cum vero
ad patrē suū venisset. ait ei pat
O fili de tuo aduentu gaudeo. sz
dic michi qualis est ista puella
quā tecum duxisti. Ait ille filia
regis ē quā in vxorē habeo. ait
pater sub pena amissionis here//
ditatis tue nolo vt eam i vxorē
ducas. at ille O pat quid dicis
plus ei teneor quam tibi. quādo
captus eram in manus inimici. et
fortiter vinculatus. tibi p mea
redempcione scripsi. noluisti me
redimere. Ipsa vero nō tantum
a carcere. sz a periculo mortis me